



JO: GOTTL.  
HEINECCII  
JC. ET ANTECESS.  
PRÆLECTIONES  
ACADEMICÆ  
IN SAM. PUFENDORFFII  
DE OFFICIO HOMINIS, ET CIVIS  
LIBROS II.



ROBORETI,  
SUMPTIBUS BALLEONIANIS.  
MDCCLVI.

---

SUPERIORUM PERMISSU.



## PROLEGOMENA.

**P**rolegomenorum loco paucis dispiciendum erit:

I. An dicatur jus natura?

II. Quid sit?

III. Quam utilitatem in vita christiana & civili praestet?

IV. Qua ejus ab antiquissimis temporibus facta fuerint, quique praeter ceteras hanc disciplinam libris suis illustraverint?

I.

Dari jus naturae, haud pauci negarunt, veluti Epicurus apud Diog. Laert. X, 150. cujus sententiam ita expressit Horat. Satir. I, 3.

*Non natura potest iusto discernere iniquum:  
Sola est utilitas iusti prope miser & aequi.*

E.g. furari ex eorum sententia non natura & moraliter turpe est; prohiberi tamen illud suavitatis utilitas generis humani. Eiusdem sententiae fuit Aristippus apud Diog. Laert. libr. II. qui, uti omne virtutis studium evertit, voluptatemque pro summo hominis bono habuit: ita & statuit, nihil sua natura



# LIBER PRIMUS.

## CAPUT I.

### *De Actione humana.*



Um traditurus sit auctor officia hominis & civis, officia vero sese exerant per actiones: primo omnium agitur de actionibus humanis; & quidem quærit hoc capite auctor, 1) quid sit officium §. 1. 2) quid sit actio humana §. 2. 3) quæ actionum humanarum principia §. 3, 16. 4) quæ actiones homini imputentur, vel non imputentur §. 17. seqq.

#### §. I.

*Officium* Germanice vocamus *sine Pflichten*, eaque notio vocabuli est ex philosophia Stoica; primi omnium enim Stoici de officiis scripserunt, uti in *Prolegomenis* dictum. Est vero *officium* actio, ex obligatione sive perfecta, sive imperfecta, legibus conformanda. Ergo re vera actio bona vel justa & officium sunt synonyma. Præcipue vero observandum, officia semper respi-